

Palasthy Martinus.

palasthymartinus1680

Palásthensis. Qua alumnus semin. s. Stephani 1680. baccalaureus, 1681. magister philosophiae. In eodem semin. et in Pázmáneo theologiae studuit. 24. Apr. 1688. investitus parochus in Gyerk. Hinc m. Apr. 1689. in Csicsó. A 23. Mart. 1690. una in Vámos et Zámoly, ubi usque 1694. activus erat. 1697. peregit in Csicsó Adamus Nigrini visitationem, qui parochum aetatis 39. annor. et hic 9. annis esse dicit. 16. Nov. 1705. investitus in Nagy-Bajcs. 18. Mart. 1706. iterum in Csicsó cum filiabus et catholicis ibidem circa circum, tum in comitatu Comar. quam et Jauriensi commorantibus, plane usque Comaromium, ubi parochias et ecclesias haeretici occuparunt. 4. Apr. 1710. una et in Vámos, quam etiam nunc altera vice accepit. Csicsó diutius vacantem relinquens transivit 16. Maii 1714. ad Vásárút, ubi eodem a. Emericus Pongrácz peregit visitationem, qui de parocho, quod sit 66. annor. in cura animarum 37. Eodem a. Paulus Olasz in Csicsó et Nagy-Megyer etiam peregit visitationem, in qua dicit, quod de ecclesiis his ille rationes dare tenetur. Inde 1. Aug. 1716. investitus in Nagy-Megyer. Exhinc demum 1719. iterum in Csicsó, ubi † m. Aug. 1724. Sepultus in ecclesia.